



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Cap. 63.

---

<urn:nbn:de:hbz:466:1-64160>

Cap. 62.

**S**ed vero ciuidem mulieris fraude veneno perijt.  
**R**iskaque postea cum aliquo Langobardo apud  
**R**auennam fugaciter de ciuitate Verona, vbi  
 virum occiderat, egrediebatur: pariter in itinere appre-  
 hensi interfecti sunt.

Cap. 63.  
d al. Calip.

**C**ongobardi regem nomine **Clip** super se eli-  
 gunt. **P**rorumpentibus Langobardis in Gallias  
**A**matus **Patricius** ab ipsis interficitur. **E**t à Bur-  
 gundionibus multæ ibidem strages factæ sunt. Post Ama-  
 tum Mummolus **Patriciatum** assumpsit.

Cap. 64.

e al. Stipholo-  
nem.

**D**ruentibus iterum Langobardis in Gallias: cum  
 quibꝫ Mummolus fortiter dimicauit, & vsq; ad in-  
 teracionem opprescit. Pauci ex eisdem Italiam  
 repedant. Saxones quos Theodebertus in Italiam mis-  
 erat, in Gallias prorumpunt, apud **e** Stipholonem castra  
 ponentes multæ strages per vicinala ab ipsis perpetrā-  
 tur: qui à Mummulo superantur, & in Italiam fugaciter  
 reuertuntur. Amisis omnibus quæ prædauerant **Saxo-**  
**n**es, vxores & liberos in Gallias destinant, vt à **Sigiberto**  
 regere recepti, in loco vnde exierunt, redirent. Venientes in  
 territorium **M**uennico Mummulus protinus obuiam ve-  
 niens Rodanum transire non permittebat: postea acce-  
 sal. à **Sigiberto**. ptis muneribus transire eos permisit. **f** Ad **Sigebertum**  
 pergentes in loco, vnde prius regressi fuerant, sunt stabi-  
 liti. Postea defuncto Clip, Langobardorum duces Cha-  
 mozaban & Rodanus Gallias irruperunt. Quibus ob-  
 uiam Mummolus cum exercitu venit, & hos tres duces  
 cum eorum exercitu usque ad interacionem deleuit. In  
 alio anno Mumolus cum exercitu Turonis ac **Pictauis**,  
 iubente Gunthramno, de potestate Chilperici abstulit, &  
 ad